

Jeremias Reusner    Andreas Wernicke

## **Disputatio Quarta De Successione Legitima : Continens Sucessionem Coniugum**

Wittebergae: Gorman, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796635544>

Druck    Freier  Zugang









N. K. — 2 (130.)

1. Cinc  
2. Reink  
gem  
3. Ludwig  
4. Ludwig  
nagide  
5. Subri  
6. Falan  
7. Crapf  
8. Crapf  
9. Fran  
10. Rivin  
11. Schub  
jubil  
12. Ludwig  
13. Ludwig  
uni  
14. K  
Theil  
imp  
15. Legh  
16. Dahn  
17. Graf  
gen  
18. Graf  
tator



1. Cicerone, de eo quod iustum est, circa defensionem.
2. Reinhard, de methodo optima dicendi ius publ. imperii roman. germanici commentatio.
3. Ludwiy, de his circa hypothesein de principio iuris naturalis.
4. Ludwiy, de eo quod qui post litem contestatam bona immobilia nosse deo defuit.
5. Fabricius, de sponsalibus.
6. Faber, de detali.
7. Crafus, de obligatione generica.
8. Crafus, pat<sup>er</sup> n<sup>ost</sup>er ex pacto filii obligatum.
9. Franck, de superiorum iudicio.
10. Rivin, de iuramento documento rursus noviter reperto rursus.
11. Schuber, de flatuum provincialium origine et praecipuis iuribus, cum Brundisiana delicta ex delicto
12. Ludwiy, de hypothese tacita sicut propter ~~delicta~~ delicta
13. Ludwiy, delimitatio iustitiae iuris divini naturalis et positivi universalis.
14. Koch, de iure vicinas adra cum Nyberga hyst.
15. Hulfius, de iure electionis regis romanorum vivente imperatore.
16. Legher, de anatocismo.
17. Dahm, de necessitate et qualitate <sup>bus</sup> possessionis in eundem transferendae.
18. Grassus, de obligatione generica, sive ea, per quam existit divina generis.
19. Grassus, de traditione relictorum in ultima voluntate vivo personae testatore honoratae facta.



20. Reuban, de expensis litium.
21. Rechenberg, an eajus regio, ejus sit religio?
22. Chladenius, de juramento subjectionis, specialiternum in eum  
tum praestari solito.
23. Quosner, de mutua conjugum successione.
24. Quosner, de executione rei judicatae.
25. Lynoyer, de simplicibus probationibus.
26. Gerdes, explicatio et conciliatio LIV. C. cum l. xxxi ff  
de LL.
- 27<sup>a</sup> Lemore, de sepulture punitorum  
27<sup>b</sup> ~~de privilegiis~~ ~~faeminarum.~~
28. Callius, de eridib.
29. Brocys, de Pomponio historiae romanae ignaro.
30. Weidler, de origine et natura bonorum censiticorum.
31. Praus, tractatus juris emphyteutici.
32. Böhm, de fundamentis geminis juris parochialis.
33. Böhm, consultatio jurid. super causa quodam usuario.
34. Nedemacher, de jure circa correctionem disciplinarem.
35. Wipfel, de constituto possessorio.
36. Zrenberg, de raptis.
37. Zrenberg, de defensione necessaria.
38. Zrenberg, de tatalis.
39. Zrenberg, de furtis.
40. Wirth, de infanticidio.
41. Quithus, de furtis.
42. Quosner, de successione legitima.
43. Quosner, de eo quod interest vulgo Interesse.
44. Quosner, de publicis judiciis, eorumque speciebus.



DISPUTATIO QUARTA.

42.

De

SUCCESSIONE  
LEGITIMA

Continens

SUCCESSIONEM  
CONJUGUM.

Quam

D. F. E. V. A.

Consensu Amplissimi, in illustri  
ad Albim Academia, Jctorum ordinis.

PRÆSIDE

IEREMIA REUSNERO

U. J. DOCTORE.

Publicè ventilandam exhibet

ANDREAS *Wernick* Coloniâ Marchicus.

Ad diem 5. Septemb. horis & loco  
consuetis.

VVITTEBERGÆ,

Excudebat Johannes Gorman, Anno 1617.







AD  
Ornatiss. Dn. Respondentem.

**H**ic sumus vates, & promiscam omnibus EUGE  
Theologo, Medico, Juridico, atque Sopho  
Acclamamus: opem non sic Lucina puellæ  
Oratur timido Juno puerperio;  
Ac miseri, quodcumq; subit sub luminis orasi  
Ut dormire habeat nemo Poëta bene.  
Solenni officio fungor, tibiq; auree pulle,  
Musarum, antiquum gratulor: O MNE BENE!

*F. Augustus Buchner Poët.  
Prof. publ.*

AD  
Præstantissimum nec non Doctiss.  
Dn. ANDREAM VVERNICCIUM  
Jurium Candid. amicum veterem.

De  
Successione Conjugum  
publicè disputantem.

**S**uccessionum solvere Gordios  
Nodos peritè, haut omnibus est facul,  
Quicumq; in arcanos recessus  
Lancigera penetrant, Epoptis.  
Te Diva, te mersavit identidem,  
Juris scatebris limpidioribus,

X 2

Hinc



*Hinc Conjugum Successiones  
Implicitas, studio retexis.  
Maſte bisce mentis percupidi minis!  
Sic perge: Et olim præpetibus tuum  
Aſtraa nomen tollet alis,  
Vertice quo ferias Olympum.*

Michael Meyerus Croſſenſis  
Sileſius.





DISPUTATIO QUARTA  
De  
SUCCESSIONE  
CONJUGUM.

Respondente  
ANDREA WERNICK Colonia-Marchi.

Continuatio.

**H**Actenus de illo successionis genere,  
quod ex ratione Naturali, sanguinis  
nimirum & proximitatis jure  
nobis defertur: sequitur jam alterum,  
quo Civili jure & à Legibus  
aliquo induceto titulo successio nobis competit, quod  
vel CONJUGUM est, vel FISCI. De illo in  
presenti Disputatione, de hoc verò subsequenti.

T H E S I S I.

**C**onjuges autem eos hic accipimus, qui legitimo matrimonio sunt conjuncti, ductà Etymologià à JUGO, quòd nimirum pari eos jugo vinctos esse oporteat tam in secundis, quàm in rebus adverbis. Beust. in tr. de matrim. c. 1. Unde & matrimonium jugum nuptiale l. hac conditio. 10. in f. pr. ff. de condit. & demonstr. Vide Horat. Lib. 2. Od. 5. Et Plaut. in Curcul. Act. 1. Scena 1. & Uxor Jugalis dicitur in l. jubemus. 3. §. ad hac. 1. & l. petitiones 5. §.

M

1, C, de



1. C. de advoc. divers. judicum. l. consensu. 8. § vir quoq. 3. C. de repud. & Conjuges Jugales c. 1. §. jugales. 2. tit. casus quibus femina in feud. succed. 2. Feud. 104.

II.

Alias verò non infrequens est, ut Conjuges etiam illi dicantur, qui mutuâ fide invicem conjuncti sunt. Sie enim Vasallus Conjux domini appellatur c. 1. in f. pr. de not. feud. 2. F. 58. propter reciprocâ istam inter dominum & Vasallum fidelitatem c. 1. v. Dominus quoq. de forma fidel. 2. Feud. 6. cap. 1. §. 6. v. Domino. tit. si de feud. defunct. content. 2. Feud. 26. c. 1. qualiter dominus propriet. feud. priv. 2. Feud. 47.

III.

Unde colligere est faciliè, quid sentiendum de istâ questione, An Sponsus & Sponsa de præsentî in hoc tractatu conjugum appellatione veniant? Nam si de Jure Civili quaramus, dum constat hoc modo Desponsatos, etsi pompa nuptialis, & carnalis copula nondum sit subsequuta, verè matrimonium cõtraxisse. l. nuptias. 20. ff. de R. I. l. cum hic status 32. §. si mulier. 13. ff. de donat. int. vir. & ux. l. si donationum 22. C. de nupt. quâ ratione & commoda matrimonij consequuntur. l. ideog. 7. ff. de rit. nupt. l. cum fuerit. 15. ff. de condit. & demonstr. l. deniq. 6. & l. seq. ff. de rit. nupt. junct. l. solet. 10. §. 1. ff. de his qui not. infam. d. l. si donationum 22. Etiam Jure Canon. c. sicut ex literis. 22. c. si inter virum 21. & c. ult. extr. de sponsal. quod textus ad literam confirmat, in c. cum initiatur. 5. cum seq. c. conjunx. 9. c. cum initiatur. 35. & pass. caus. 27. q. 2. satis utiq; appareat successiõnem ipsis etiam competere, quod & praxis ita observat Gail. 2. obs. 80. Alb. Gentil. Lib. 2. de nupt. c. 23. Wesenb. in paratt. ff. de sponsal. n. 7. Val. Förster. Lib. 9. de success. c. 3. n. 10. & seqq. Ambr. Schurer. de heredit. qua ab intest. tit. de mutua marit. & uxor. success. 1. ampl. 1.

IV.

Sanè Jus Saxonicum præter talem desponsationem thalami etiam concensionem requirit, Das das Brautbette beschritten sey/nec sufficit copula sacerdotalis & celebratio festivitatis nuptialis, sandtr. Lib. 1. art. 45. in pr. & Lib. 3. art. 45. v. Das Weib



Weib ist auch ubi Gl. lit. E. quod confirmavit Elector Augustus  
Novel const. 19. part. 3. ubi Dan. Moller. n. 6. & Coler. decis. 58. & decis.  
206. n. 23. ubi late & eleganter Frid. Pensold. in addit. n. 229. &  
multis seqq. Matth. Berlich part. 3. concl. practicab. 25. n. 27. & seqq. quæ  
constitutio, de thalami tantum consensione, non verò de cõ-  
suetudine conjugali (quæ fortasè mutuo consensu omilla, vel  
calu quopiam inopinato, morbo, aut magicis artibus interve-  
nientibus impedita est) loquitur; proinde nec nostrum erit ul-  
terius eandem extendere. Vid. Dan. Moller. ad d. const. n. 2. & Lib.  
3. semestr. cap. 23. Andr. Rauchbar. Lib. 2. quæst. 31. n. 11. & seqq. Frid.  
Pensold. d. loco. n. 235.

### V.

Ut autem conjuges successionis invicem capaces sint,  
quatuor potissimum requirunt Dd. I. Justas nuptias l. i. pr. ff.  
unde vir & ux. aliàs fiscus tanquam indignis aufert heredita-  
tem. l. Claudius 13. ff. de his que ut indign. Ambr. Schurer. d. t. 14. limit.  
5. 2. Ut matrimonium constiterit mortis tempore, nec di-  
vortium, licet haud validum, secutum sit: d. l. i. §. 1. Forst. Lib. 9. de  
success. c. 3. n. 3. Schneidevv. ad tit. de heredit. que ab intest. Rubr. de suc-  
cess. int. vir. & uxor. n. 23. 3. Ut uxor maritum eluxerit, & intra  
annum non nupserit. l. 1. & 2. C. de secund. nupt. quod hodiè post c.  
fin. extr. de secund. nupt. ferè in usu esse desijt. Ambr. Schurer. d. lo-  
co. limit. 9. Forst. d. Lib. 9. c. 3. 4. Ut conjux conjugem malicio-  
sè non deseruerit, nec mortem eidem acceleraverit, sive culpa  
sive dolo. l. si ab hostibus 10 §. 1. ff. sol. matrim. arg. l. 3. ff. de his que ut in-  
dign. l. Lucius Titius. 8. ff. de iure fisci. Idq; in his terris apertà con-  
stitutione sancitum. Nov. Elect. Augusti par. 3. const. 26. quam  
explicat Dan. Moller. in comment. ad eandem & Matth. Berlich.  
part. 3. concl. practicab. 36. ubi ultimum hoc requisitum multis am-  
pliacionibus & limitationibus declarant.

### VI.

Neq; sine ratione mutua hæc conjugum successio introdu-  
cta. Nam & arcitissimum illud vinculum, quo conjuges una in  
carne esse dicuntur, Genes. 2. ver. 25. Matth. 19. ver. 6. Marc.



Epheſ. 5. v. 31. illud omnis vitæ confortium, illa divini & humani juris cōmunicatio. l. 1. ff. de rit. nupt. l. 1. adverſus. 4. C. de crim. expil. hered. l. 1. ff. de act. rer. amet. ille mutuus conjugum affectus. l. ſi quis alumnam. 26. C. de nupt. Mozz. in tr. de matrimon. Rubr. de natur. matrim. n. 40. in med. illa deniq; matrimonij onera l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. 7. ff. ſolut. matrim. omnibus ferè gentibus hoc ſuccedendi jus dictarunt, quod ex Legibus Francorum Lib. 4. tit. de uxoribus defunct. & c. leg. 9. Saxonum §. 1. tit. 8. de acquirſtis. Bojoriorum cap. 19. tit. 1. & 4. Wiſigothorum tit. 2. in C. ll. VV. ſigoth. leg. 1. & 15. Longobardorum Lib. 2. LL. Longobard. tit. de ſucceſſion. §. ſin. aliarumq; gentium ſtatutis & conſuetudinibus plus ſatis apparet; quibus tamen omnibus ſepoſitis tantum Juris Romani & Saxonici diſpoſitionem perluſtrabimus.

VII.

Jus Romanum à legibus Romuli exordium capit, qui diverſum jus in eâ uxore, quæ uſu habebatur; conſtituebat ab eâ, quæ in manum viri convenerat: quæ conventio contingebat vel cōemptione, vel, poſt Numam, conſarreatione, quâ de re vide Ulp. in fragm. tit. de hiſ qui in manu ſunt 9. & Goth. ad Gell. Lib. 18. N. A. c. 6. & Servium ad Virgil. L. 2. Georg. Boeth. ad Lib. 2. Top. pic. Cicer. & Val. Föriſter. Lib. 9. de ſucceſſion. c. 1.

IX.

HÆC, quia non ſecus ac filia in manu, poteſtate ac familia mariti, & proinde eidem ſua heres erat. Gell. d. c. 6. Ulpian. d. tit. 9. & tit. qui hered. inſtit. poſſ. 22. §. ſui heredes. 14. Cajus Lib. 3. Inſtit. tit. 6. relatus à Goth. in d. §. 14. & d. tit. 9. in ipſius quoq; defuncti bona ſuccedebat heres, ſicuti filia in parentis: ex aſſe quidem ſi ſine liberis ac inteſtatis decederet, quod ſi prolem haberet, ex æquo cum liberis Dionyſ. Halicarnaff. Lib. 2. Balduin. ad leg. Romuli 14. Val. Föriſter. d. Lib. 9. c. 2. n. 28. E diverſo maritus ſuperſtes bona uxoris, quantumvis liberis relictis, peculi jure occupabat. Pet. Fab. in l. quotiens. 91. ff. de R. I.

IX.

ILLA verò jus ſuccedendi marito planè non habebat Cuius. ad tit. C. unde vir & uxor. Föriſt. d. c. 2. n. 32. tum quod lege Romuli comprehenſa non erat: per legem autem tantum vel ſimilem



missam juris constitutionem heredes sunt, veluti per S. C. &  
constitutiones principales. S. quos autem. 2. l. de bonor. poss. cum  
tamen & principium adfinitatis dicantur l. non facile. 4. S. sed  
quoniam 3. ubi gl. ff. de grad. quamvis nec aliis adfinitatis jure suc-  
cessio permittatur. l. adfinitatis. 7. C. commun. de success.

X.  
Atq; adeo quidem nullum hi conjuges succedendi jus ha-  
bebant, ut, quotiens omnis parentum liberorumve seu pro-  
excluso conjugis succederet l. un. ubi Dd. C. unde vir & uxor. Hinc  
est quod soluto matrimonio dos perfectitia ad patrem dotan-  
tissimam. l. ult. C. communia utriusq; jud. l. jure. 6. ff. de iur. dot. quemad-  
modum contra donatio propter nuptias ad maritum, nisi ex  
consuetudine vel pactis dotalibus aliud obtineat. c. fin. extr. de  
donat. int. vir. & ux.

XI.  
Prætor autem, qui semper æquitatem ante oculos habere  
soleat. l. quod si Ephesi. 4. S. i. ff. de eo. quod certi. loc. quiq; jus prætorium  
introduxit. l. jus autem. 7. S. i. ff. de l. & l. pr. l. de bon. poss. motus ipsi ratio-  
angustissimis finibus per Leges Romuli constitutum, ex bono  
& æquo dilatavit, & nullis extantibus liberis, parentibus vel  
cognatis per bonorum possessionem. Unde vir & uxor  
excluso. l. un. C. unde vir & ux. Goth. ad Rubr. ff. eodem.

XII.  
Hanc prætoriam æquitatem Imp. Theodosius & Valen-  
tinius confirmarunt in l. un. C. unde vir & ux. & ad personas  
etiam Ecclesiasticas extenderunt in l. si quis presbyter. 20. C. d. Episc.  
& Cler. quo tamen ipso Jus prætorium non in constitutionem  
aliquam Principalem transmutarunt, aut ex successione ista  
Prætoriam Civilem effecerunt, sed legem tantum Papiam deci-  
mariam, quæ uxori ex mariti, sine liberis & testamento deci-  
dentis,



~~bonorum possessionem, sed hanc deestam non darentis, hereditate decimam saltem partem attribuebat, vide Basilic. Lib. 45. tit. 5. sustulerunt: id quod vel ex eo manifestum factis, quod Justinianus, qui centum ferè annis post dictos Imperatores regnare cœpit, hanc ipsam bonorum possessionem inter successiones prætorias enumerat, inq; suo vigore conservat. §. sed ead. 4. v. aliam verò Inst. de bonor. possess.~~

XIII.

Neq; verò de lanâ, quod ajunt, caprinâ, sed magni <sup>mi</sup> menti est hæc consideratio. Etenim quia Jus prætorium non sublatum, sed confirmatum potius diximus, conjux si ad conjugis successionem venire desiderat, adhuc hodie intra centum dies, à tempore quo se vocatum noverit, bonorum possessionem petere tenetur, nisi ad fiscum malit devolvi hereditatem. d. §. sed eas. 4. v. cum igitur plures l. de bon. possess. l. 2. C. qui admitti ad bon. poss. l. 1. §. si intra. & §. si quis autem. ff. de success. edict. l. 3 ff. unde cognat. Borch. de grad. Rubr. de success. conjug. Val. Forst. Lib. 9. de success. cap. 3. num. 2. Cùm aliàs si civilis effecta fuisset, nec longi quidem temporis id est 30. annorum præscriptione excludi possit, quò minus hereditatem rectè vindicet. licet s. ubi Dd. C. de l. delib. l. hereditatem. §. ubi Castr. C. in quib. caus. cess. long. temp. præscript.

XIV.

Atque hæc quidem obtinent, si non magna inter conjugum facultatum appareat diversitas. Cæterùm si alter conjugum locuples, inops verò alter, jus quoddam peculiare, à Justiniano introductum, observandum venit. Etenim si vir locuples, usque ad tres habuerit filios sive ex uxore superstitute indotatâ, sive ex priore matrimonio, quartam partem ex substantia viri uxori concessit Justinianus. Si autem amplius fuerint filij: tùm tantum in utroque similiter casu accipere jussit mulierem, quantum uni competit filiorum: ita tamen, ut usum solùm in talibus rebus mulier habeat: dominium autem illis filijs servetur, quos ex ipsis nuptijs habuerit. Si verò talis mulier filios ex illo viro non habnerit, tùm dominij etiam



etiam jure eas res, quas ex viri facultatibus eum liberis prioris  
matrimonij succedens consecuta est, habebit. *Novel. 117. cap. 5.*  
*Auth. praterea. C. unde vir. & ux. Val. Forst. d. Lib. 9. cap. 4. Schneid.*  
*ad tit. Instit. de hered. que ab intest. Rubr. de success. inter vir. & ux. num. 14.*  
*Matth. Coler. p. 1. decis. 61. n. 32. Ambr. Schurer. d. tit. limit. 1.*

XV.

Quòd si non liberi, sed vel Ascendentes, vel Collaterales  
superfint, tunc illam portionem, de qua in *praced. th.* dictum  
est, etiam Dominij atque sic pleno jure uxor consequitur. *d.*  
*Nov. 117. cap. 5. v. Si verò talis mulier. d. Auth. praterea. in f.* Quanti-  
tatem autem illius portionis pro numero personarum relicta-  
rum, & que ut in prioribus casibus, definiunt Dd. ita, ut si tres vel pau-  
ciores sint Ascendentes vel Collaterales quartam: si qua-  
tor vel plures, virilem uxor consequatur, idq; præter clara Ju-  
stiniani verba, in *d. cap. 5. ib.* Res quas ex viri facultatibus ad eam veni-  
re per præsentem jussumus legem, requirit omnino correlativorum  
natura, quæ suadet, ut quod in descendantibus dispositum si-  
mili modo in ascendentes dispositum censeatur. *l. fin. C. de in-  
dict. vid. toll. l. 1. C. de Cupress. ex luc. Daphn. Nic. Everhard. in loc. d.*  
*Correlativ. n. 3, 6. & 8. Val. Forster. d. Lib. 9. cap. 9. & 2. seqq. Lud.*  
*Bolognin. in addit. ad Matth. Matthæsil. tract. de success. ab intest. art. 4.*  
*princ. num. 19.*

XVI.

In hanc autem portionem computabitur id, quod mari-  
tus uxori inopi in testamento reliquit, sive institutionis sive  
legati titulo. *d. Auth. praterea in f. C. unde vir & ux. Novel. 53. cap. 6. in pr.*  
*& §. fin. Val. Forster. d. Lib. 9. cap. 7. & 8. per tot. Matth. Berlich. p. 3.*  
*concl. 27. n. 50. quod tamen in illa tantum portione, quæ uxori*  
*pleno jure debetur, obtinere putat Matth. Berlich. d. part. 3. concl.*  
*26. n. 35. non in illa ubi usumfr. tantum consequitur, quod ac-*  
*cidit liberis ex eodem matrimonio relictis, tum enim legatum*  
*istud non in usumfr. suæ quartæ computare tenetur, sed poti-*  
*us illud pleno jure habere debet, idq; ex d. Auth. praterea. in f. Novel.*  
*53. cap. 6. §. ult. & Nov. 117. cap. 5. in med. colligere est facile.*



Quis autem hoc in casu inops, quis locuples habeatur, neq; constitutione ullâ, neq; juris auctorum quæstione decisum reperitur, cum sit magis facti quam juris arg. l. mora. 32. in pr. ff. de usuris. proinde iudicis arbitrio relinquendum erit. l. 1. §. i. ff. de effract. l. non possunt. 12. ff. de LL. qui ponderatâ utriusq; conjugis conditione æstimabit, an mulier tantum habeat, unde se honestè exhibere possit nec ne, tum enim in honorem transacti matrimonij, ne conjux superstes fortè mendicare cogatur, quod præmortuo ignominiosum inopia conjugis per divitias salvanda est alterius d. Nov. 53. c. 6. in f. pulchrè Val. Först. d. Lib. 9. c. 4. n. 23. 4. & 8. Schneid. d. loc. n. 16. & seq. Menoch. Lib. 2. cent. 1. arbitr. jur. 99. cas. 65. n. 9. Borch. de grad. Rubr. de success. conjug. pag. mihi 254.

## XIIII.

Quæ de uxore hætenus dicta sunt, eadem in marito obtinere verius est, communis namque super eis posita est hæc lex. Nov. 53. c. 6. in pr. nec vir & uxor ad imparia judicari debent. cap. quod autem. 32. q. 1. Schneid. d. n. 17. Matth. Mathæ fil. d. tr. artic. 4. n. 23. & ibi Lud. Bologn. nu. 25. Borch. de grad. Rubr. de success. conjug. pag. mihi 55. quod per Nov. 117. c. 5. v. virum enim non mutavit Justinian. uti malè censet Ranchin. de success. ab intest. §. 21. n. 6. Ille enim vers. de eo viro loquitur, qui uxorem innocentem præter meritum expulit, quo in casu quartam, quam aliàs secundum Nov. 53. generaliter loquentem, habiturus fuisset, nullo modo accipere potest. Vide Hillig. ad Donel. 9. comment. 1. lit. N.

## XIX.

Hæc de successione conjugum ex civili Romanorum jure sequitur deinceps Juris nostri SAXONICI dispositio, ubi primò omnium ad pacta, si quæ extant, dotalia respiciendum est, proinde conjux superstes eâ quâtitate, quæ pactis comprehensa est, contentus esse debet. Nov. Elect. August. p. 3. const. 20. ubi Dan. Moller. Matth. Coler. decis. 61. n. 31. adeò ut relicto pacto, id quod ex statuto vel consuetudine alicui debetur, eligi non possit. Dan. Moller. d. const. 20. n. 1. & 10. ibidemq; Reinh. Rosa in addit. Matth. Berlich. p. 3. const. 27. n. 29. & seqq. qui n. 47. contendit, si in pactis ejusmodi certa quædam portio uxori assignata sit,



sic eam sine ullo honorum suorum collationis onere ipsi dan-  
dam esse. An vero & quatenus valeant pacta dotialia iure  
tam civili quam Saxonico, & an possint mutari vel revocari  
post alios copiosè tradit Matth. Berlich. p. 2. *concl. pract. §. 1. per tot.*

XX.

In horum defectum ad statuta & consuetudines, ubi ma-  
ritus domicilium habuit, respicere jubet Augustus Elector d.  
*const. 20 in pr. arg. l. exigere. 65 ff. de judic. Schneid. d. Rubr. de success. int.*  
*vir. §. ux. n. 2.* & quidem domicilium habitationis tempore  
mortis mariti attendendum esse non tantum Juris communis  
dispositio d. *l. exigere 65.* sed ipsa etiam successione præsentis na-  
tura postulat, quæ post mortem demum alterutrius conjugis  
defertur. Vide Schneidev. d. *loc. n. 3. & seqq.* Matth. Berlich.  
d. *part. 3. concl. 26. n. 7. 8.*

XXI.

Hisce omnibus deficientibus locus deinceps est commu-  
ni Juris Saxonici dispositioni, cujus vigore alia **MARITI** est  
successio, alia **UXORIS**. Videamus primò de **Mariti**  
in bonis ab uxore præmortuà relictis successione.

XXII.

**MARITUS NOBILIS** sive **PLEBEIUS** uxori  
succedens conseqitur Primò Dotem integram, sive numerata-  
tam sive promissam saltem & nondum solutam. Matth. Coer.  
*deul. 221. Heig. Lib. 1. quest. 33. n. 91. & seqq. Fachl. diff. 34. Reinhard.*  
*p. 1. d. ff. 35. etiam si dos in certum diem promissa sit, mulierq; an-*  
*te diem venientem deceat.* Dan. Moller. *part. 3. const. Elici. 9. n. 6.*  
*9. Heig. d. quest. 33. num. 46. & seqq. Rauchbar. Lib. 1. quest. 31. num. 4.*  
*Hartm. Pittor. Lib. 3. quest. 7.* Immo licet dos in mortem consti-  
tuentis collata sit, mulierq; ante constituentem decedat. Hartm.  
*Pistor. d. Lib. 1. quest. 8. n. 47. & seqq.* & nobilit. ipsius filius Simon  
*Ulrich Pistor. in addit. margin. d. q. 8. n. 1.* Heig. d. *quest. 33. num. 13. &*  
*seqq. Berlich. concl. 29. part. 3. n. 31.*

XXIII.

Nec refert in pecuniâ numeratâ consistat dos, an in alijs  
rebus, mobilibus tamen; immobilia enim in dotem data mari-  
tus non lucratur. *per text. Landtr. Lib. 1. artic. 31. ubi gl. lit. B. & Lib. 3.*

N

art. 76.



art. 76. & ibi gl. Lat. & germ. Welenb. in parat. ff. solut. matrim. n. 6. & in addit. ad Schneid Rubr. de success. jur. Sax. in t. marit. & ux. n. 32. lit. A. Dan. Moller. in comment. ad const. Elect. p. 1. const. 28. num. 46. & part. 3. const. 21. num. 14. & 16. Reinhard. p. 1. diff. 35. & Zobel part. 3. diff. 10. Frid. Pensold. in addit. ad Coler. decis. 286. n. 298. nisi æstimata sint ab initio, tùm enim emptio venditio celebrata videtur, ut precium loco rei sit. l. 52. §. 1. ff. de act. empt. l. quotiens. 16. ff. de l. dot. l. quotiens 5. C. eod. Menoch. Lib. 3. presump. 74. n. 2. & n. 24. Frid. Pensold. in addit. ad d. decis. 286. n. 282. qui n. 299. alias quinq; addit limitati- ones & ex eo Berlich. d. concl. 29. n. 65. & seqq.

#### XXIV.

Deinde generaliter consequitur maritus omnia uxoris mobilia d. art. 31. & d. art. 76. Const. Elect. 22 p. 3. ib. Weil dem Man- tre/ nach Sachsenrecht die Fahrnuß gebürt. Ambr. Schurer. d. tr. tis. de special. in conjug. success. 16. Zobel. p. 3. diff. 9. & 10. Fachs. diff. 34. Schneid. d. loco n. 26. etiam si in peregrinis provincijs, ubi jus Sa- xonicum usu non servatur, existant. Lud. Rom. in addit. ad diff. Fachs. 34. apud Zobel. p. 3. diff. 9. n. 3. Frid. Pensold. d. loco n. 183. Matth. Berlich. p. 3. concl. 29. n. 101. modò non perpetui usus causa ad lo- cum illum destinata sint. Henning Gøeden consult. 37. num. 4. & Matth. Berlich. d. loco n. 102. qui plures allegat.

#### XXV.

Mobilium autem appellatione regulariter quidem veni- unt ea, quæ naturâ suâ de loco in locum transferri possunt, etiam se moventia l. 1. ff. de R. V. l. 3. §. Nerva ff. de acquir. poss. l. moven- tium 93. de V. S. quæ tamen aliàs ab inanimatis mobilibus sepa- rantur l. 1. ff. de adil. edict. l. 4. C. famil. erisc. l. pu. C. de l. dot. l. 2. & 3. C. de quadrien. prescript. hïc tamen nihilominus plurimâ: naturâ suâ mobilia, immobilibus annumerantur. Videamus ergò de his, quæ immobilia habentur: ita enim reliqua faciliè intelligemus arg. pr. Insit. de rutel.

#### XXVI.

In illorum censum primo loco ab Electore Augusto part. 3. Const. 21. refertur Pecunia hereditaria, Erbgedel/ quam he- res coheredi è bonis hereditarijs immobilibus pro sua portio- ne, distinctis terminis solvendam, debet. Dan. Moller. ad Const. Elect. 28. n. 29. part. 1. & Lib. 1. semestr. c. 26. Matth. Berlich. p. 3. concl. 31. n. 1. & 7. cum seq. ubi quid differat à pecuniâ statis & distinctis tempo-



temporibus solvendâ, auff Tagjetten/ declarat, quantum nimi-  
rum illius pecuniaz, viva uxore peti non potuit, Das unvortagte  
Erbgeld/ ut vocat d. const. 21. illa enim cuius dies vivente uxore  
venit ad mobilia pertinet per text. Landtr. Lib 3. art. 76. inf. Matth.  
Coler. decis. 286. n. 135. & 163. Schneid. d. loco n. 35.

XXVII.

Secundò pertinent huc sors Annuorum reddituum,  
Jährlich Einkommen/ & censuū annuorum sub pacto re-  
trovenditionis emptorum; Widerauffliche Zinsen/ sive in-  
bonis immobilibus consistant, sive mobilibus. Sors, inquam  
& reditus, quorum dies vivente uxore non venit. unbetagte  
Renten vnd Zinse/ qui immobilibus: reliqui mobilibus annu-  
merantur. Const. Elect. 24. part. 3. ubi Dan. Moiler. vide Berlich.  
d. p. 3. concl. 34. per tot. Reinhard. p. 6. diff. 4.

XXIX.

Tertiò ad immobilia pertinent partes metallicæ, Berg-  
theil vnd Kuckus/ quanquam fructus earum, Die Ausbeute/  
quorum dies vivente uxore venit, mobiles sint. d. p. art. 3. Const.  
Elect. 25. ubi Dan. Moiler. Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 35. per tot.  
Zobel p. 3. diff. 10. n. 2. & seqq. Reinh. p. 6. diff. 7. Coler. d. decis. 286. n.  
153. & seqq.

XXX.

Quartò pretium retrovenditionis prædio post mortem  
uxoris redempto. Petr. Gilken. ad l. ea demum. 6. C. de collat. bon. n.  
6. & seqq. & post eum Matth. Berlich. part. 3. concl. 30. qui à n. 27. plu-  
res adducit dubitandi rationes, & n. 31. cum seqq. argumenta con-  
firmantia prolixè deducit, tandemq; sententiam pro hac opi-  
nionem in sapremo Appellationum iudicio, quod Dresdæ est.  
Anno 1614. latam adducit sub n. 38. inf.

XXXI.

Quintò lecti & suppellex ad publica diversoria destina-  
ta. Petr. Heig. Lib. 2. quest. 15. n. 24. & seqq. quemadmodum & aliàs  
destinata ad res immobiles, ut perpetuò ibi maneat, ut & ad  
fixa ædibus pro immobilibus habetur. l. Iulianus. 13. §. fin. cum duab. ll.  
seqq. ff. de act. empt. Coler. d. decis. n. 165. XXXI.

Sextò servitutes, gl. in 1. verb. Intelliguntur. C. de  
usuacap. transform. Borchold. de feud. cap. 6. num. 17. Gail. Lib.  
2. observat. in fin. Berlich. part. 3. concl. practic. 30. num. 23. quem-  
admodum



ad modum & actiones ad res immobiles competentes gl. & Dd.  
in l. C. si adv. transact. Gail. d. ubi u. Borch d. c. 6. n. 16. Dan. Moller.  
ad consi. Elect. p. 3. const. 21. n. 2 & ubi Reinh. Rosa in addit.  
XXVIII.

Præter hæc & pauca familia, quæq; ad præcedentia facili  
re refetri possunt, reliqua mobilia ne curam suam retinent, cu-  
jusmodi sunt. I. Pecunia. Nov. 22. cap. 45. v. si verò u. iverfa.  
Dan. Moller. Lib. 1. semestr. cap. 41 n. 6. etiam si ad comparationem  
prædiorum vel bonorum immobilium destinata sit. Matth.  
Coler. decis. 286. n. 41. Jason in l. cetera. 40. § sed si paravit. n. 21 ff. de le-  
gat. 1. Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 30. n. 4. Reinh. Rosa in addit. ad  
Dan. Moller. part. 3. const. 23. n. 19.

XXXIII.

II. Xenia nuptialia, seu donata in nuptijs sponso &  
sponsæ Hochzeit Geschenk. / Nov. Elect. Augusti part. 3. const. 22. ubi  
Dan. Moller. & Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 32. per totum. Con-  
sult. lt. Const. Saxoniæ part. 1. quest. 54. n. 2. quæ omnia marito debentur.  
exceptis ijs, quæ ad gerendam pertinent, & quorum usum  
custodia inq; uxor, dum viveret, habuit. d. const. 22.

XXXIV.

III. Nomina & pecunia sub usuris credita. Das aufge-  
liehene Geld / indistinctè, sive purè debeat, sive in diem, sive  
solutionis dies venerit, sive non. Das geld sey Manhafftig vnd  
betaget oder nicht. Nov. Elect. Augusti d. part. 3. const. 23. ubi Dan.  
Moller. Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 33. n. 10.

XXXV.

IV. Pecunia transcripta, sive ad cambium colloca-  
ta, auffwechsel geliehen / propter generalitatem d. const. 23. Jac.  
Schultes in addit. ad Mosest Pistor part. 3. quest. 124. n. 44. Matth. Ber-  
lich d. part. 3. concl. 33. n. 13. quamvis dissentiat Frid. Tensold in ad-  
dit. ad Matth. Coler. decis. 286. n. 279.

XXXVI.

V. Jocalia, quæ maritus uxori ante nuptias contractis  
donavit, modò ad Geram non pertineant Matth. Berlich d. p.  
3. concl. 29. n. 3. Adde Dan. Moller. ad const. 33. n. 8. ubi tradit quis  
jocalia



jocalia obligata, & nondum redempta post mortem alterutrius conjugis redimere teneatur. & ibi Reinh. Rosa in addit.

XXXVII.

VI. Pretium venditione, vel aurum argentum permutatione ex Gerada redactum, Gl. Lat. ad text. Girm. Landiv. Lib. 1. tit. 24. lit. Q in f. Dan. Moller. L. b. 2. semestr. cap. 6. Coler. p. 1. decis. 12. n. 61. Berlich d. concl. 29. n. 100. & d. concl. 30. n. 9. An verò & quomodo Gerada in prædictum proximæ cognatæ marito vel alij extraneo donari possit, explicat Nov. Elect. August. p. 2. Const. 13. & 14. ubi vide Dan. Moller. & Matth. Berlich, part. 2. concl. pract. cab. 15. cum seq.

XXXIIX.

VII. Impensæ in res immobiles uxoris à marito factæ, tanquam mobilia marito restituenda sunt, habitâ tamen distinctione impensarum Necessariarum, Utilium & Voluptuarium, prout declara. Welenb. in parat. ff. de impens. in res dotal. per tot. vide Frid. Pensold. in addit. ad Matth. Coler. decis. 286. n. ult.

XXXIX.

VIII. Se moventia, ut animalia quæcunq;, dummodo non pertineant ad Geradam vel Spon'alitiam largitatem. Etiam data in soccedam, id est pro annuo fructu & pensione, elocata Matth. Coler. d. decis. 286. n. 31. Immo etiam si fundi in fructu gratia comparata sint, ut equi, asini, boves aratorij, Matth. Coler. d. decis. 286. n. 35.

XL.

IX. Navis l. vim facit. 20. §. quod in navi sit. 4. ff. quod vi aut clam l. 1. §. illud utiq; 6. junct. §. seq. ff. de vi & vi armat. Et ad hujus exemplum Molendina instar cymbarum super aquis natantia Schiffmühl. Berlich, d. concl. 30. n. 12.

XLI.

X. Molendina quoq; pneumatica alata, Windmühlen huc pertinent, l. Titius herreum. 60. ff. de A. R. D. Borch. de feud. cap. 6. n. n. Reinh. Rosa in addit. ad Dan. Moller. const. Elect. 21. n. 30. Berlich, d. concl. 30. n. 13.

XLII.

XI. Torcular seu pressorium, quo mediante mustum.

N 3

extor.



extorquetur ab uvis, & similia, quæ solo ita affixa non sunt. ut non facile de loco in locum portari possint. Matth. Coler. d. decis. 286. n. 32.

XLIII.

XII. In sylvis cædis & lapidicinis quicquid cæsum & à solo separatum est huc pertinet; nam quod solo cohaeret, pars fundi dicitur. l. divortio. 7. §. si vir in fundo. 13. ff. solus matrim. Matth. Coler. decis. 286. n. 15 2. & p. 1. decis. 52. n. fin.

XLIV.

XIII. Prædia vel alia bona immobilia ex pecunia dotali vel aliâ re mobili confectâ, nomine uxoris empta & ipsi corâ judice tradita, so ihr Gerichtlichen aufgelassen / vnd in Ehe gegeben worden sein / arg. l. multum interest. 6. C. si quis alteri vel sibi sub alter nom. Dan. Moller. prolixè ad Const. Elect. 21. part. 3. n. 15. & seqq. præsertim n. 32. Matth. Coler. part. 1. decis. 57. n. 34. & seqq. & p. 2. decis. 286. n. 57. Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 29. n. 75. Sin verò proprio nomine maritus emat ista prædia, & per traditionem accipiat, ad uxorem tanquam alia mobilia pertinebunt. Dan. Moller. d. n. 32. & ib. Reinh. Rosa in addit.

XLV.

XIV. Pretium ex venditione bonorum immobilium, uxoris redactum. Etsi enim regulariter maritus uxoris immobilia alienare nequeat: si tamen requisita illa solennia, quæ ex quadam Wittebergensium ad Scabinos Lipsenses Anno 1573, consultatione scriptâ Frid. Pensold in addit. ad Coler. decis. 289. n. 209. deducit, cuius fragmentum ad calcem illarum, decision. sub num. 5. habetur, observentur, dubium est nullum, quin & firma sit ista alienatio, & pretium ad maritum pertineat. Requisita autem hæc sunt: I. Consensus utriusq; conjugis, tam mariti, quam uxoris. Landtr. Lib. 1. art. 31. & 45. Coler. d. decis. 286. n. 55. II. Autoritas alterius Curatoris, uxori ad istum actum ordinati, ne maritus propter spem successionis in rem suam auctor esse videatur contra § ult. l. de auctor. tutor. l. 1. & l. 5. ff. eod. Wesenb. in parat. ff. de fund. dotat. n. 7. Vide const. Elect. 10. part. 2. & ibi



2 & ibi Dan. Moller. III. Auctoritas magistratus & IV. Causa cognitio ad exemplum minorum. l. minorum. 6. & 1. C de prad. & al. reb. min. sine decret. quibus uxores in omnibus ferè cõparantur. Dan. Moller. 2. semestr. cap. 3. num. 1. Vid. Frid. Pensold. d. n. 209. Dan. Moller. ad const. Elect. 21. p. 3. n. 33. Matth. Berlich. d. concl. 29. n. 81. cum seqq.

#### XLVI.

XV. Fructus, qui cum non unius sint generis, non utrum etiam de illis jus est, Sunt enim vel Industriales, vel Civiles, vel Naturales.

INDUSTRIALES Feldfrüchte/ qui ex agro lato. & gastris subacto proveniunt. pertinent ad maritum, & mortuo ante uxorem marito ad ipsius heredes, Was die Eigde bestichē hat/ vnd vnterbracht ist/ bey Leben des verstorbenen/ solches folget vnd bleibet seinen Erben. Nov. Elect. Augusti part. 3. const. 32. & ibi Dan. Moller. n. 3. Landtr. Lib. 2. art. 58. & Lib. 3. art. 76. Fachs diff. 37. Zobel. part. 3. diff. 26. & seq. Coler. d. decis. 286. n. 101. Matth. Berlich. p. 3. concl. 43. n. 47. & seqq.

#### XLXII.

CIVILES, Zähende/ Pächte/ vnd Einkommen & similia, si dies illorum ante mortem uxoris, vel post mortem, quidem, intra tricesimum tamen, venerit ad maritum pertinent. d. Const. Elect. 32. §. Was aber keine Feldfrüchte. Landtr. Lib. 2. art. 58. vers. Zins von Mühlen vnd Zöllen. & Lib. 3. art. 58. inf. Coler. d. decis. 286. n. 20 & seqq. Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 44. num. 3. & seqq. Immo etsi non ante mortem, nec intra tricesimum, sed post mortem ipsius demum veniat, nihilominus fructus illius anni inter maritum & uxoris heredes pro ratâ temporis dividendi sunt. arg. Const. Elect. 16. part. 3. Vide Dan. Moller. ad d. const. 32. num. 5. Frid. Pensold. in addit. ad Matth. Coler. decis. 252. n. 17. late & eleganter Matth. Berlich. d. concl. 44. num. 9. & seqq.



NATURALES separati & percepti ad maritum pertinent, per ea quæ habet Reinh. Rosæ in addit. ad Dan. Moller. d. const. 32. n. 6. v. sed & hoc monendum. Hartm. Pistor. Lib. 1. part. 1. quest. 24. n. 48. & seqq. Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 45. n. 4. Pendentes verò in Electoratu fundum sequuntur, sicq; uxori acquiruntur per d. const. 32. §. Die Frucht aber/so naturales genandt werden/sibiq; Dan. Moller. n. 6. Extra Electoratum verò in terris Saxoniæ distinguitur, an uxor decedat ante diem S. Urbani, an post; ita ut priori casu omnes illi fructus ad uxoris heredes: posteriori ad maritum pertineant. Landtr. Lib. 2. art. 58. circa med. Hartm. Pistor. d. quest. 24. n. 58. Coler. part. 2. de process. execut. cap. 3. n. 310. & 315. Frid. Pen'old, in addit. ad Coler. decis. 252. n. 20. qui ibidem declarat, quid juris sit de piscibus in piscinâ extantibus, cui adde Reinh. Rosæ in addit. ad Dan. Moller. d. const. 21. part. 3. in f. & ad d. const. 32. n. 8. Matth. Berlich. d. concl. 45. n. 9. & seqq.

XVI. Merces in domo vel in tabernâ propria sive conductâ existentes l. mercis appellatio. 66 ff. de v. s. l. uti ff. de conduct. ventic. Heig. p. art. 2. quest. 15. n. 10. Matth. Berlich. p. 2. concl. pract. cab. 29. n. 18. ubi adfert præjudicia Scabinorum Wittebergenium & Lipsensium, & part. 3. concl. 30. n. 26. quanquam in domo vel tabernâ specialiter ad hoc extractâ, præparatâ & privilegiatâ, merces ad perpetuam mercantiam actu ipso eò destinatae, so auff ein Haus oder ander vnbeweglich Gut gemiedmet / non immeritò pro immobilibus reputentur, Matth. Coler. d. decis. 286. n. 164. & seqq. Berlich. d. concl. 30. num. 22. qui n. 26. sententiam adfert ab Ampliss. Facultate Juridica Wittebergeni 26. Februar. Anno 1620. conceptam, hanc distinctionem manifestè comprobantem.

Hæc & similia mobilia omnia, uti supra ib. 24. d. ctum., consequitur maritus, tribus tamen casibus exceptis: I. Si quædam in his sint, quæ ad Geradam pertineant. Geradam enim sive Utensilia proxima uxoris cognata, sive ex lineâ rectâ sive collateraliter restituere tenetur, Landtr. Lib. 1. art. 24. & 31. & Lib,



*lib. 3. art. 38. & 76. Weichbild. art. 23. in f. Schneidev. d. loco num. 31.  
Matth. Coler. d. decis. 286. n. 21.*

L I.

Et quidem regulariter totam, Die volle Gerade / non eam tantum, quam uxor ad maritum intulit, sed omnem jure successione occupat proxima cognata, etiamsi ex linea saltem collateralis sit Landtr. *Lib. 3. art. 38. gl. ad text. Lat. Lib. 1. Landtr. art. 20. verb. Sic etiam cognata. Ambros. Schurer. d. tr. tit. de special. in con- jug. success. 16. pag. mihi 300. Matth. Coler. decis. 60. n. 36. Andr. Goldbeck de success. Gerad. Rubr. de reb. quas uxor quasq. proxim. cognata &c. n. 22. & seqq.*

L II.

Regulariter dixi: Nam in aliquibus locis, ut Halæ, Lipsiæ & Chemnitij, consuetudine sive statuto receptum est, ut proxima cognata ex linea collateralis imperfecta Gerada detur, vulgò die Niffelgerade / sub qua veniunt; duæ vestes pretiosiores defunctæ mulieris, lectus ab optimo secundus, duo pulvinaria, duo lintea cum stragulo sive lecti opertorio, & alia alibi. *Gl. Lat. ad text. Germ. Landtr. Lib. 3. art. 38. lit. E. Ambros. Schurer. d. loc. Goldbeck d. Rubr. num. 26. Dan. Moller. ad Const. Elect. 38. part. 3. n. 21. & seqq. & ib. Reinh. Rosa in addit.*

L III.

Deinde inter Nobiles etiam exceptio à regula observanda est. Proxima enim uxoris nobilis cognata non omnes oves accipit, sed eas tantum, quæ uxoris demortuæ propriæ fuerunt, *Gl. Lehenrecht t. 56. in verb. Lest aber die Frau. s. Auff daß ihr nun eigentlich. ib. Hette aber der Mann selber Schaffe gezeuget / die nimpt die Niffel nicht &c. Andr. Goldbeck d. Rubr. n. 29. & seqq.*

L IV.

Quæ verò ad plenam Geradam pertineant, tam inter Nobiles quam Ignobiles Jure communi Saxonico & municipal Magdeburgensium declarat Kotschitz in tr. Von der Gerade ibique Jac. Schultes, *Art. 11. & 2. seqq. Vide Colerum p. 1. decis. 60. n. 31. cum seqq. & n. 57. Hartm. Pistor. Lib. 1. quest. 31. & seqq. Adde quæ dicentur inf. th. 59.*

L V.

Præstari autem debent omnes species ad Geradam pertinentes.



nentes, quocunq; in loco reperiantur. Schneid. *d. loco n. 46.* Dan. Moller. *in comment. ad const. Elect. part. 3. Const. 38. n. 13.* eleganter Andr. Goldbeck *d. Rub. n. 2. & seqq.* modò in possessione & custodia mulieris fuerint. Goldbeck *d. loc. n. 16.* Quæ verò tempore mortis non adsunt, tradi non oportet. Goldbeck *d. loc. n. 11.* Nam & Geradam in aliam rem mobilem ab uxore in præjudicium proximæ cognatæ mutari posse, supra *ih. 37.* dictum est. Adde Jac. Schultes *in tr. Kotschitz. Von der Gerade/ Art. 14. n. 25. & Art. 15 in fin.* & quæ ex his rebus oppignorata sunt, is redimere debet, qui petit Geradam. Landtr. *Lib. 1. art. 24.* Weichbild. *art. 23.* Dan. Moller. *Lib. 2. semestr. cap. 44. n. 3.* Matth. Berlich, *p. 3. concl. 38. num. 75. & seqq.*

#### LVI.

In compensationem tamen hujus Geradæ, proxima cognata, honestatis & verecundiæ muliebris ergò *Gl. fin. art. 38. Lib. 3. Landtr. & Gl. Lehenrecht cap. 56.* tenetur marito parare lectû, prout fuit vivente uxore, mensam mappa, scamnum pulvina-ri & sedile cussino insternere. *text. d. art. 38. & Weichb. art. 23.* Ambros. Schurer. *d. loco. pag. 301. in f.* Andr. Goldbeck *d. tr. Rubr. de speciebus quas uxor Gerad. capiens & c. num. 14.* idq; non ex pessimis, nec optimis, sed mediæ bonitatis, *arg. l. si quis argensum C. de donat. Landtr. Lib. 1. art. 22. §. Darnach. Weichb. art. 25.*

#### LVII.

II. Si focer genero in subsidium paternum aliquid mobili-um dedit, zu einer Väterlichen hülfße / illud enim uxore mortuâ vel focero restituendum, vel reliquis liberis conferendum. Matth. Coler. *decis. 62. num. 35. part. 1.* Matth. Berlich. *p. 3. concl. præ-ctit. 29. n. 62.*

#### LIIIX.

III. Si nulla præter mobilia extent bona, & liberi aliâ non habeant suam legitimam integram, tunc ex illis mobili-bus complenda erit. *Gl. Lat. ad text. Germ. Landtr. Lib. 1. art. 27. lit. E. & gl. Lat. ad text. Lat. eod. Lib. art. 31. & Gl. Lat. ad text. German. Landtr. Lib. 3. art. 76. lit. B.* Dan. Moller. *in comm. ad Const. Elect. part. 3. Const.*



*Const. 22. nam. 2. Schneid. xv. d. loco n. 30. Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 9. n. 20. Quod idem in parentum legitima locum habet. Nov. Elect. Aug. part. 3. const. 12. §. Do aber dieselbe ubi Dan. Moller. n. 1. & seqq. Schneid. d. n. 30. Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 18. n. 28.*

LIX.

Haecenus de successione Mariti; sequitur jam UXORIS successio, quæ vel Nobilis est vel Ignobilis. NOBILIS consequitur: I. Utensilia seu Geradam. Landtr. Lib. 1. art. 24. Schneid. d. loc. n. n. 40. Ambros. Schurer. d. loc. pag. mihi 316. Et quidem non imperfectam tantum Die Niffelgerade, sed plenam Die volle Gerade, Matth. Coler. decis. 60. n. 32. Berlich. part. 3. concl. 28. n. 49. qui ibidem nominatim recenset ea, quæ ad plenam Geradam pertineant, & quid circa species controversas juris pluribus declarat à num. 4. usque ad num. 47. aliaq; circa Geradam notatu digna, passim præsertim à num. 49. usq; ad num. 79. adducit. Adde quæ dixi supr. th. 54. De his verò Utensilibus Den Heerpsil, dare tenetur uxor. Landtr. d. Lib. 1. art. 22. Weichbild art. 25. Ambr. Schurer. d. loc. Andr. Goldbeck. d. Rubr. de specieb. quas uxor & c. n. 1. & 8.

LX.

II. Consequitur uxor nobilis Commestibilia, *Muscheil*/quæ sunt cibaria domestica (*Essende Speise*) quæ post diem tricesimum à morte mariti supersunt Landtr. Lib. 1. art. 24. §. Nach diesem. Georg. Kotschitz. in tr. de dot. alitio. art. 18. Quæ autem ad Commestibilia pertineant, recenset Matth. Coler. decis. 60. n. 65. & seqq. Kotschitz. d. loc. art. 19. & 20. Matth. Berlich. part. 3. concl. 43. n. 19. & seqq. Et quanquam circa Hordeum, Lupulum, & Saracenicum, Gersten/Hopffen vñnd Hende-forn / magna olim fuerit inter Scabinatos ambiguitas, illam tamen Illustriss. Elector Augustus penitus sustulit in Nov. Const. 35. part. 3. ubi indistinctè  
O 2 here-



Hereditibus hæc adjudicari, sicq; ad cibaria non pertinere statu-  
it. Quod tamen limitationem recipit in Hordeo macerato &  
reficcato coquenda cerevisiæ parato, quod Polentam voca-  
mus Maltz. Dan. Moller. *ad d. Const. 35. n. 2.* Rotschitz. *d. art. 19. n. 2.*  
Berlich. *d. loc. n. 36.*

LXI.

Atque horum quidem commestibulum tempore mortis  
mariti in ædibus vel penarijs ipsius, ubicunq; locorum, etiam  
extra territorium Saxonicum, sitis Landtr. *Lib. 1. art. 22. §.* Nach  
diesem ib. in jeglichem Hoffe shres Mannes/ oder wo er sic hette in  
seinen gewehren. Coler. *p. 1. decis. 60. n. 75. & p. 1. de process. execut. c.*  
*3. n. 270. & seqq.* Andr. Goldbeck *d. Rubr. n. 2. & seqq. & n. 8.* Matth.  
Berlich. *d. loc. n. 12. & d. p. 3. concl. 28. n. 95.* & generaliter in omnibus  
ipsius prædijs, sive conductis. Goldbeck *d. loc. n. 9.* sive fidei &  
functioni ipsius commissis. Rotschitz. *de dotalit. art. 20. n. 1.* Berlich.  
*d. loc. n. 14.* repertorum, dimidiam partem, etiam si ad plures an-  
nos familiæ alendæ satis fuisset, tribuit Augustus Elector *part. 3.*  
*Constit. 36.* ubi videl. Dan. Moller. & Matth. Berlich. *d. part. 3.*  
*concl. 49.*

LXII.

Requiritur tamen præcisè, ut tempore mortis mariti in  
ædibus & penarijs ipsius reperiantur. nec sufficit ut intra trice-  
simum à die mortis inferantur, id quod similiter clarè consti-  
tutum ab Elect. Augusto *d. part. 3. const. 34.* quam Dan. Moller. et-  
iam de illo frumento, quod demessum & in fasciculos colle-  
ctum, in agro tamen relictum, so in Mandeln gestanden/ in traq;  
tricesimum in horrea convectum exaudit in *comment. n. 2.* à quo  
recedit Matth. Berlich. *d. part. 3. concl. 47. n. 7.* motus inter alia re-  
sponso Scabinorum Lipsensium Anno 1603. Mense Augusto  
dato, cujus tenorem ibidem recenset.

LXIII.

III. Consequitur Uxor Nobilis Dotalitium, Das Leibge-  
dinge/ quod est donatio, quam facit maritus in compensatione  
doris, ad hoc, ut Uxor post mortem mariti ad vitam suam eà  
utatur fruatur. *Gl. Landtr. Lib. 1. art. 21. n. 2. Gl. Leherr. cap. 31. num. 2.*  
*junct. gl. Weichb. art. 22. n. 21.* Rotschitz *in tr. de dotalit. art. 1. n. 19.* & ibi  
Jac. Schultes.



## LXIV.

Et quia potissimum in feudis hæc dotalitia constitui solent. *Sandtr. Lib. 1. art. 21. Dan. Moller. ad const. Elect. 4. 2. part. 2. nu. 13. ideoq; requiritur plerumq; consensus Domini & agnatorum, præsertim si modum legitimum in dotalitio constituendo excedere velit maritus. Gl. Lat. Lehenrecht. cap. 31. lit. C. Schneid. d. loc. n. 43. in f. Dan. Moller. d. loc. n. 11. & ibi Reinh. Rosa in addit. Matth. Berlich. p. 2. concl. 50. n. 37. & seqq.*

## LXV.

Modus autem legitimus harum regionum consistit in usufructu sive usuris dotis duplicata, ita tamen ut præstentur usuræ non quincunces illæ vulgares, sed dextantes, de singulis nimirum centenis decem, adeo ut si uxoris dos sint mille, dotalitij fors sit duo millia. *Dan. Moller. ad d. const. 4. 2. n. 12. Matth. Coler. p. 1. decis. 60. n. 11. Berlich. d. loc. n. 47.*

## LXVI.

Et incipit Usufr. iste à morte demum mariti *Gl. Sandtr. Lib. 3. art. 25. & Lehenr. c. 57. Coler. d. loc. n. 14. dummodò Dos verè etiam numerata sint. Gl. Weichb. art. 22. n. 2. Dan. Moller. ad Const. Elect. 4. 4. p. 2. num. 4. & ibi Reinh. Rosa. Berlich. d. concl. 50. n. 14. & seqq.* Sin minus, mulieris post mortem mariti electio est, malicne dotem retinere, an una cum usuris ejus solvere eandem heredibus, inq; ejus vicem dotalitium accipere, nam sine usuris offerendo nihil agit. *Dan. Moller. ad d. const. 4. 4. n. 13. & ib. Reinh. Rosa in addit. Berlich. d. loc. n. 25. & seqq.*

## LXVII.

Quin etiam licet numerata dos sit realiter, adhuc tamen dotem vel dotalitium eligere potest mortuo marito, idq; hodie clarà constitutione Electorali receptum. *p. 2. const. 44. ubi Dan. Moller. Vid. Matth. Berlich. d. p. 2. concl. 52. n. 2. & seqq.*

## LXIX.

Dotalitio verò constituto, dos illata penitus extinguitur, & ad mariti heredes pertinet, adeo ut uxoris heredes post mortem ipsius eandem reperere nequeant, idq; D. Augustus Elector effecit *p. 2. Const. 42. ibiq; Dan. Moller. n. 2. Berlich. d. p. 2. concl. 50.*

## LXIX.

IV. Consequitur Sponsalitiã largitatem, Die Mor-  
D. iij. gengabez



gengabe/ quæ consistit in omnis generis pecudibus scemellis, sapibus & carpentatis ædificijs, Das Feldgänge / Weibliche Viehe/Zeune vnd Zimmer. Landtr. Lib. 1. art. 24. ubi gl. De singulis speciebus huc pertinentibus, alijsq; circa eas notatu dignis vide Matth. Coler. d. decis. 60. n. 58. Schneid. d. loc. n. 41. Kotschitz in tr. de dotalit. art. 17. & ibi Jacob Schultes in addit. Matth. Berlich. part. 3. concl. 28. n. 80. & seqq.

LXX.

Pertinent huc ea, quæ sponfus sponsæ primâ vel alterâ nuptiarum die donavit vel promisit, catena aurea, vel aliud Clinodium aut pecuniæ summa: talia enim Nobiles secundâ nuptiarum die mane antequam ad prandium discumbant, Sponsæ pro conjugali consuetudine noctis præcedentis donare vel promittere solent. gl. Landtr. Lib. 1. art. 20. n. 7. Jac. Schultes in addit. ad Kotschitz d. art. 17. n. 14. Schneid. d. loc. n. 41. Matth. Coler. d. decis. 60. n. 62. Berlich. d. concl. 28. n. 88. Qualis donatio aut promissio si facta non sit vivo marito, post mortem ipsius peti non potest, cum non ex dispositione Juris, uti sponsalitia largitas, sed ex liberalitate donatoris descendat. Jac. Schultes d. loc. n. 15. Berlich. d. loc. n. 89.

LXXI.

Atq; hæc quatuor Geradam nimirum, Commestibilia, Dotalitium & Morgengabam tribuit Jus Saxonicum uxori- bus Nobilium singularis privilegij ergo: cui si renunciare velint, & partem hereditatis ex testamento mariti, vel statuto aut consuetudine sibi comperentem hisce præferre, vel contra, ipsis erit integrum: ita tamen ut unâ viâ electâ ad alteram non pateat regressus, nec utrumque consequantur. per Nov. Elect. Augusti p. 3. Const. 37. ubi Dan. Moller. Gl. Landtr. Lib. 1. art. 24. num. 4. v. Diß ist gesagt von den Frauen/ Matth. Berlich. p. 3. concl. 50. n. 1. & seqq.

LXXII.

Et quia ex beneficio legis provincialis Saxonicæ harum rerum viduis competit retentio, ideoq; propriâ autoritate, elapso à die defuncti trigesimo, eadem occupare poterunt; non tamen inscijs heredibus: id enim si factum, sub Inventarij fide, vel



de, vel jurisjurandi religionē, quid & quantum perceperint, docere coguntur. Comestibilia verò etiam post trigessimum in seipsis hereditibus acceptare non licet, sed è manibus eorum percipiunt; quæ omnia sapienter ita constituit Augustus Elector *d. part. 3. const. 32.* ubi vide Dan. Moller. & Matth. Berlich. *d. part. 3. concl. 46. per tot.* Tantum de successione Uxoris Nobilis.

LXXIII.

IGNOBILIS succedit marito vel cum liberis, vel sine liberis. Si cum liberis uno vel pluribus ex primo vel secundo matrimonio susceptis, in Electoratu quidem Saxonie quadrantem omnium bonorum mobilium & immobilium, quæ deducto ære alieno supersunt, consequitur, vigote Constitutionis Electoralis *20. part. 3. §.* Wo aber diese dinge ungewiß / ubi Dan. Moller. Schneid. *d. loc. num. 47.* Matth. Berlich. *p. 3. concl. 27. n. 15. & 83.*

LXXIV.

Sin verò sine liberis succedit trientem deducto similiter prius ære alieno, capit vidua: collatis tamen utroque casu bonis suis omnibus, tam quæ ad maritum attulit, quam quæ constante matrimonio ex hereditatibus, vel aliunde acquisivit, unâ cum utensilibus *d. const. 20. §.* Iteß aber der versiorbene Mann keine Kinder. Schneid. *d. n. 47.* Beust. *p. 2. de tur. connubior. c. 21 inf Berlich. d. n. 15. & 37. cum seqq.* excepto tamen mundo & vestibus suis *Gl. Sander. Lib. 1. art. 2. n. 4. v. Solet verò hoc.* Reinh. Rosa in addit. ad Dan. Moller. *const. 20. n. 66.* Berlich. *d. loc. n. 42.*

LXXV.

In utroque autem hoc casu liberorum nimirum relictorum vel non relictorum liberum est mulieri vel bona sua illata recuperare, vel si malit tertiam aut quartam bonorum, secundum ea quæ dicta sunt, accipere. *d. const. 20. §.* Jedoch soll der Brautweibiq; Dan. Moller. *n. 6. v. & ego quidem Andr Goldbeck d. tr. Rubr. de primo ord. succed. n. 33.* Matth. Berlich. *d. concl. 27. n. 80. & seq.* & si eligit bona illata, dimidia etiam Xeniorum nuptialium pars, aut si non extent, æstimatio ejusdem, ex Const. Electorali *part. 3. const. 12.* eidem restituenda venit, Dan. Moller. *ad d. const. 22. n. 3. & 1b. Reinh. Rosa inf.*

76. Extra



## LXXVI.

Extra Electoratum in terris Jure Saxonico utentibus succedit mulier secundum Auth. *præterea. C. de secund. nupt.* de qua *supr. ch. 14. & seqq.* dictum, quod tribus vel paucioribus existentibus liberis viduæ quartam, sin quatuor vel plures virilem portionem (ein Rindestheil) tribuat, præsupposito tamen quod dotem congruam non habeat. Nam si habeat unde se exhibere possit, dote suâ contenta esse jubetur. *Nimpt je eingebracht Gut wider/ Dan. Moller. ad d. const. Elect. 20. n. 62. Matth. Coler. p. 1. decis. 61. n. 32. & seqq.* Sed etsi optimè dotata sit, maritus autem neq; descendentes neq; ascendentes sed transversales tantùm relinquat, nihilominus præter illata quartam adhuc consequitur. *Matth. Coler. d. decis. 61. n. 49. Matth. Berlich. d. concl. 27. n. 4. & n. 14.* qui duas adducunt rationes.

## LXXVII.

Novissimè sciendum est, in bonis feudalibus nullam esse inter conjuges successionem, neq; Jure feudali communi. *c. 1. an marit. succed. ux. 1. Feud. 15. & cap. 1. de investitura quam Titius. 2. F. 13. Vult. 1. Feud. 9. n. 122. neq; Saxonico. Matth. Berlich. d. concl. 27. n. 35. nisi specialiter investiti sint. d. c. 1. an marit. succed. ux. c. 1. de invest. fact. marit. 2. F. 85. Hattysfer, in analys. Jure feud. cap. 6. in not. lit. F. pag. mihi 66.*


Et hæc de Successione Conjugum.





45. Reusner, De jure venandi.
46. Reuther, de dominio.
47. Reuther, de instrumentis sive litterariis documentis.
48. Reiter, de operis sui nunciatione.
49. Reiter, de emptione et venditione.
50. Preimberg, quaestiones juris civilis et feudalis.
















Hinc Conjugum S  
Implicitas, s  
Maete bisce mentis perc  
Sicperge: Et olim prep  
Astrea nomen tola  
Vertice quo  
Michael



Copyright 4/1999 VxyMaster GmbH www.vxy.com



RESPIRATIO  
ACCESIO  
CONJUGUM